



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion, Sive Manuale Confessariorvm Et Poenitentivm**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

De confessione, secunda parte Pœnitentiæ. cap. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**

43 Quarto, quod differentia inter sacramentum pœnitentiæ, & Eucharistię quoad hoc propositum, non consistit in hoc, quod illud (vt ipse ait) solis infirmis, & mortuis datur, hoc autē solis sanis; sed quod illud per se ordinatur ad sanandum, & per accidens ad sanitatem conseruandam & augendam, & contra hoc principaliter ad sanitatem conseruandam & augendam, & per accidens ad sanandum. Siquidem sacramentum pœnitentię iuste datur, secundum omnes, eis, qui sola peccata venialia, vel sola mortalia iam pridem confessa, & remissa confitentur, qui creduntur esse sani, cum neque venialia, neque mortalia iam confessa & condonata repugnent charitati, vt tradit S. Thomas, & frequētissima praxis selectorum presbyterorum, preferim Monachorum, habet confiteri quoties celebrant, quos tamen certum est non semper confiteri mortalia noua, sed venialia, vel mortalia antiqua iam confessa.

1 in 4. li. sen.  
dist. 22. qu. 2.  
art. 3. q. 2.  
ad 2.

2 Distin. 1.  
lib. 4. sent.  
7 Sess. 7. de  
sacramētis in  
genere cano.  
c. 9. & 2.

3 In 3. part. q.  
29. art. 3.

4 In esp. de  
homine de  
celebr. miss.  
h Sess. 13. can.  
31.

5 Prefationem  
n. 34. & 35.

44. Cuius rei ratio est, quia omnia sacramenta nouę legis conferunt gratiam, vt post receptam sententiā d. definitur à Conc. Tridentino; e ita sacramentū pœnitentię frequēter auget charitatem, & non sanat; & contra sacramentum Eucharistię frequēter per accidens sanat, eum scilicet aliquis credens probabiliter se esse in statu gratiæ, in qua tamen non est, sumit illud, vt docet D. Thomas communiter receptus. f

Quinto negamus ex prædicto Soti dicto sequi, quod tanta dispositio requiratur ad suscipiendum sacramentum pœnitentię, quanta requiritur ad sacramentum Eucharistię. Tum quia ad sacramentum Eucharistię non solum requiritur contritio, sed etiam confessio secundum glossam receptam, & approbatam à Concilio Tridentino. h Tum quia ad Eucharistiā oportet putare se esse in statu gratiæ, ad absolutionem autem sufficit putare, se ita esse attritum, quod mediante illa fiet contritus.

45. Sexto, negamus sufficere ad absolutionē sacramentalē attritionē, siue pœnitudinē, qua peccator cessat à peccato propter solam pœnam inferni, quatenus pœna est, si nullus actualis vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus est ipsius offensa, eum comitetur, per dicta supra.

### De confessione sacramentali, secunda parte sacramenti Pœnitentię.

#### CAPVT II.

- 1 Confessio sacramentalis quid.
- 2 Confessio non fuit inducta iure nature.
- 3 Sed diuino Iesu Christi Domini nostri.
- 4 Confessio facta laico non est sacramentalis.
- 5 Confessio sacramentalis exigit multa, & nu. 6. 7. 8.
- 6 In quibus multi errant.
- 7 Confessio, quo tempore facienda, lege diuinā.
- 8 Quo humanā, & quo extra illa, & nu. 10.

11 Confessio sac  
11 De omni m  
1 S Ecunda p  
S mentalis  
quod voce, &  
recentiorum  
possumus de  
tio secreta de  
taliter absoluat

Dixi, Accus  
flare omnis d  
cusationum, &  
iudicium, qua  
pter alios sine

Dixi, Secret  
camque conf  
vel alias sapi  
vt fiat public  
dientibus fac

Dixi, De sui  
virtutibus, qu

Dixi, Coram

niam illa non

Dixi, Propri  
tiæ supra illu

proprio sacer  
facta ab illo,

proprius, non

Dixi, vt ab il  
nem, non est

tiæ in absol  
2 Ex qua de

ni nostri Iesu  
multas huius

fit mentio, n

Infertur se

fuisse iure na  
ris nostri om

iuxta sentent  
Tridentinum

uentum ince  
sacramenti pœ

3 Infertur  
uenta, neq; i  
que à Iacobo  
immediate à  
nim ex præfa

11 Confessio sacramentalis fuit instituta à Christo.

11 De omni mortali, & eius circumstantijs.

1 S Ecunda pars sacramenti pœnitentiæ est Confessio sacramentalis, (quam vocalem & auricularem appellamus, eo quod voce, & in aurem secreto fiat) quam addentes aliquid recentiorum definitioni, præsertim Gabrielis, b in hunc modum possumus definire. Confessio sacramentalis est peccatoris accusatio secreta de suis peccatis, coram proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluitur.

Dixi, Accusatio, pro genere, ex quo & differentia debet constare omnis definitio. vt dictum est supra, c & ad differentiã accusationum, & confessionum iudicialium, vel accidunt extra iudicium, quæ quidem non gratia seipfos accusandi, sed propter alios fines fieri solent. d

Dixi, Secreta, tum ad excludendum generalem illam, publicamque confessionem, quæ fit in principio, aut medio Missæ, vel alias sæpissimè: tum ad insinuandum nõ esse necessarium, vt fiat publicè, vel alio tercio audire. quamuis etiam alijs audientibus facta valere possit: vt infra trademus.

Dixi, De suis peccatis, ad reiiciendum illam, qua quidam se de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accusant. f

Dixi, Coram sacerdote, ad excludendum illam quæ fit alijs, quoniam illa non est sacramentalis. g

Dixi, Proprio, id est, habenti iurisdictionem in foro conscientie supra illum, qui seipsum accusat. h Nam illa quæ fit alijs quàm proprio sacerdoti, non est sacramentalis: siquidem absolutio facta ab illo, qui non est sacerdos, vel à sacerdote, qui non est proprius, non est sacramentalis, infra. a

Dixi, vt ab illis absoluitur, quoniam quæ fit propter alium finem, non est sacramentalis: cum essentia sacramenti pœnitentiæ in absoluteione consistat, vt diximus. b

2 Ex qua definitione infertur primo, illam confessionem Domini nostri Iesu Christi, c Confiteor tibi Pater cali & terra, & alias multas huiusmodi confessiones, quarum in multis Psalmis fit mentio, non fuisse sacramentales, sed potius Dei laudes.

Infertur secundò, hanc confessionem sacramentalem non fuisse iure naturali inductam, cum post aduentum redemptoris nostri omnia sacramenta nouæ legis initium habuerint, iuxta sententiam omnium, d quam nuper expressit Concilium Tridentinum, e & ita consequenter post Christi Domini aduentum inceptit sacramentalis confessio, quæ est vna pars sacramenti pœnitentiæ, vt prædictum est f

3 Infertur tertio, quod sacramentalis confessio g nõ fuit inuenta, neq; instituta in paradiso terrestri, h neque à Iosue, i neque à Iacobo Apostolo, k neq; ab Ecclesiæ consuetudine, l sed immediate à Christo Domino nostro, vt tradit Aquinas: m est enim ex præfata definitione colligitur, hanc confessionem sacramentaliter absoluitur.

Confessio peccatorum quid.

b In 4 l. sen. di. 17. qu. 1. c Præclud. 1. num. 2.

d Vt tot. tit. de confess. ff. Codice. Decretalibus & l. 6. e Rod. n. 65 & 7.

f Ca. omnimode pœn. & remis. ibi peccata & ibi. Sua. g Di. c. Omnis, ibi Sacerdoti, & clarius in Conc. Trid. sess. 14. ca. 6.

h Di. c. omnis, ibi proprio. a Cap. 12. nu. 11.

b In c. sacrificiis, de conf. di. 2. c. Matth. 17. d In 4. lib. sent. di. 3. e sess. 7. ca. 6. f Supra ca. 1. nu. 25. & præ 10. nu. 4.

g Vt in gloss. summe de pœnit. di. 5. nu. 3. diximus. h Vt quidam relati ab ead. gl. dixerunt. i Vt alij quos eadem gloss. refert asseruerunt. k Vt alij ibi relati asseruerunt. l Vt ipsæmet gl. à Canon. ibi. & in c. omnis de pœn. & remis. cõmuniter recepta videri in nucre, m In 4. lib. sent. d. 16. & 11. 17.

cramen-

11 Con-

a In 3. par. q.  
64. ar. 2. & in  
dist. 4. li. sen.  
dist. 2. q. 1.  
art. 2. & dist.  
5. q. 1. art. 1.  
o In eod. q. 1.  
sen. di. 17.  
p In 1. par.  
glos. summa  
de pen. dist. 5.  
sum. 14.  
q Vbi supra &  
in test. 14. ca.  
5. & cano. 3.  
x Ioan. 20.  
e In 4. lib.  
sent. dist. 17.  
& cap. quem  
penit. dist. 1.  
vbi nuperrimè  
multa de  
confessio.  
scripsimus.  
a In 4. li. sen.  
di. 17. q. 3. a. 3.  
b In 3. par.  
tit. 14. cap.  
6. in c. fratres  
de pen. dist.  
5. num. 1. &  
seq.

d Vt diximus  
supra per lud.  
g. num. 11.  
e ab 11. c. vs.  
que ad 21. &  
super vno.  
quog; vitio.  
9. 23.

cramentalem esse partem substantialem eius iuxta S. Thomam & communem opinionem. ut latius diximus. p id quod explicauit Conc. Triden. q declarans id fundari irrefragabiliter in illo, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

4 Infertur quarto, confessionem factam homini laico non esse sacramentalem, ob id que suo loco & tempore repetenda in se secundum omnes.

5 Infertur quinto, huiusmodi confessionem sacramentalem auricularem, ut legitima sit, requirere sexdecim conditiones, quæ ijs versibus continentur.

*Sit simplex, humilis confessio pura, fidelis,  
Atque frequens, nuda & discreta, libens, verecunda,  
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,  
Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Quæ quidem sexdecim conditiones explicantur à S. Thoma & S. Antonino b nosq; etiã copiosius & utilius explicauimus dicentes in summa, quod *Simplex*, insinuat, quod sit sine pluralitate, vel distinctione verborum, sic ut confessarius peccatum ita intelligat, ut possit discernere, an sit mortale vel veniale.

6 Circa quod multi grauitè errant, qui mortaliter peccarunt nimis comedendo, nimis bibendo, loquendo, ridendo, murmurando, irridendo, iocando, & alia similia faciendo: quæ ei possint esse, imo frequenter sint venialia, confessarius intelliget illa esse venialia. Quare oportet diligenter explicare circumstantias, per quas facta fuerunt mortalia: puta quod fuerit facta cum notabili Dei vel sanctorum, vel Ecclesiæ, vel sacramentorum, aut religionum irreuerentia, aut cum notabili aliquo nocumento salutis spiritualis, aut corporalis, honoris, fame, vel alterius rei, siue ad se, siue ad proximum pertinens: ut intelligat an grauitas culpæ peruenerit ad mortalem, nec ne, nisi ex qualitate personæ, vel modo confitendi, confessarius telem conuincat paruitatem vel grauitatem malitiæ, & per ea quæ infra super vnoquoque præcepto tradentur.

7 *Humilis*, id est, cum signis animi submissi, modestiq;. *Pars*, id est, sine mixtione rerum impertinentium. *Fidelis*, id est, sine mendacio: maximè in his quorum veritatè confessio necessario requirit. *Frequens*, id est, quod fiat sepe: quæ conditio apponitur, propter illū, qui sepe cadit, quæ quidem est secundū cōsiliū: præterquā in illis tantū casibus, & tēporibus, quibus ea præcipitur fieri à iure, vel statuto. *Nuda*, quod iocis, aut alia re peccati grauitas nō occultetur. *Discreta*, quod fiat verbis honestis, siue que debitis circumstantiis explicata. *Libens* hoc est, volūtaria: nepe ut fiat (salte principaliter) propter Deū: licet alioquin minus principaliter ex verecundia, vel quacūque alia humana causa quis confiteatur, moueatur. *Verecunda*, videlicet ne sicuti fabula vel historia impudenter narretur, sed cum pudore cordis, quæ

facies

facies ipsa præ  
le) cuius adhib  
quo significat  
aliū faciēda sū  
audiente, imo  
& Cæterum, q  
qui viri pij n  
teri, quod vid  
probatā & qu  
num, b dixi est  
quod cōfiteri  
hibuerit Dom  
licet publicari  
licet publicari  
exemplis Sāc  
etiam licet ali  
alijs, vt scite d  
Christus non  
quod non ver  
sui humilitate  
fensæ adifica  
quod tollitur  
quæ fiunt in n  
à confessario  
tibus chirurg  
interpretem  
nunt valere, &

*Lacrymabilis*  
nitam: vel salt  
uimus. *Accelerata*  
fiat: quod qu  
more, aut pu  
omittatur. &  
dationem, v  
sum. *Parere d*  
habeat in ani  
quidem part  
9 Infertur se  
pus quō hor  
nonico hum  
confitendū.  
nestate duoc  
cōfessionem  
secundū con  
ac mortiferē  
monachus, v  
nū, m & sanē

facies ipsa prae se ferat. *Integra*, quod nullū crimen (salte letha-  
le) cuius adhibita debita diligentia recordatur, taceat. *Secreta*  
quo significatur primò quòd ab eodē pœnitente, nō autē per  
aliū faciēda sit: deinde, quòd null⁹ teneatur cōfiteri tertio alio  
audiente, imo neq; licet regulariter, saltē de peccatis occultis.  
¶ Cæterum, quia ex prædicto verbo, *Regulariter*, intulerunt ali-  
qui viri pij me sensisse hoc loco, licere aliquādo publice cōfi-  
teri, quod videbatur esse cōtra hāc cōditionē secreti omnibus  
probatā & quod ipse post sanctū Antoninū, a & post Caieta-  
num, b dixi esse peccatum infamare seipsum, constituendū est,  
quòd cōfiteri publicē nō est illicitū, eo quod speciatim id pro-  
hibuerit Dominus noster Iesus Christus, sed quia regulariter nō  
licet publicare propria peccata: verum tamen quia nonnūquā  
licet publicare illa in aliquem finē bonū, prout rationibus &  
exemplis Sāctorum, Ambrosij, & Anselmi probauimus: c ideo  
etiam licet aliquando facere dictam confessionem audienti bus  
alijs, vt scite declarauit sanctum Conc. Trid. d subdens: quod  
Christus non præcepit, quòd peccator confiteatur publicē, sed  
quod non vetuit, quin aliquis in vindictam suorum scelerū, &  
sui humilitatem, tum ob aliorū exemplū, tum ob Ecclesie of-  
fensæ adificationē, delicta sua publice confiteri possit. Propter  
quod tollitur scrupulus de valore, ac iustitia illarū confessionū  
quę fiunt in mariā periclitantibus, & à peste infectis, remotis  
à confessario, & à vulneratis in prælijs inter medēdum, audiē-  
tibus chirurgis, & alijs opitulantibus. Illarū item, quę fiūt per  
interpretem ab ignorante idioma confessarij, quia non desi-  
nunt valere, & esse legitimæ, eo quod alijs eas audiant.

*Lachrymabilis*, id est, quę secū gerat contritionē supra e defi-  
nitam: vel saltem attritionem illā secundam, quam f memora-  
uimus. *Accelerata*, id est, vt simul atque peccatū commissum est,  
fiat: quod quidē est consiliū, vt dicetur infra. g *Fortis*, vt præ ti-  
more, aut pudore, vel verecundia, nihil ex necessariō dicendis  
omitatur. *Accusans*, seipsum: nō autem carnem, mūdum, aut  
dæmonem, vel saltem nō eque, aut ita principaliter, sicut seip-  
sum. *Parere demū parata*, nempe confessario, ita vt pœnitens  
habeat in animo exequi, quod cōfessarij ei præceperit: quod  
quidem partim est de consilio, partim verò de præcepto. h  
9 Inferitur sexiō, per solam legem diuinā non esse definitū tē-  
pus quo homo cōfiteri teneatur, esse autem definitū iure ca-  
nonico humano, omnes peccatores semel in anno obligari ad  
confitendū. Religiosus autem S. Benedicti, & alij saltē de ho-  
nestate duodecies in anno, semel scilicet singulis mensibus, ad  
cōfessionem adstringuntur, k omnes itē sanctimoniales. l Vnde,  
secundū communem opinionem, non tenetur peccator simul  
ac mortiferē peccat, statim cōfiteri, etiam si fuerit sacerdos aut  
monachus, vel peccatum sit notorium, secundum Panormita-  
nū, m & sanctū Thomam communiter receptū, n id quod nos  
etiam

a s. par. tit. 8  
c. 4. par. 1.  
b 4. 2. q. 73. 2.  
3. in c. inter-  
verba. 12. q. 3.

c In d. c. inter-  
verba.

d Sess. 14. c. 9.

e Cap. 1. n. 1.  
& seq.  
f Supra c. 1.  
nu. 14. & seq.  
g Nu. 9. & 12.

h Vt inferius  
c. seq. explica-  
bitur.

i Cap. omnis,  
de pœnit. &  
remiss.

k Clem. ne in  
ago. par. 3. fa-  
ne iū. gl. de  
statu. mon.

l Cap. 10. sess.  
25. de reg. &  
monial. Con-  
Trid.

m In præci-  
rato c. omnis,  
de pœnit. & 6  
nu. 20.

n In 4. sent.  
dist. 17. q. 3.  
artic. 4.

<sup>a</sup> In c. fratres de poenit. dist. 5. a nu. 9.  
<sup>b</sup> In d. c. omnis & gloss. in summa. de poen. ead. dist. 5. in cuius tertia parte. n. 27. & seq. id diximus  
<sup>c</sup> In cap. de homine. de c. leob. miss. per arg. a contrario sensu in sess. 13. c. 7.  
<sup>d</sup> In 2. part. q. 30. ar. 4. & in c. 11. ep. 1. ad Cor. & in sum. verb. cōmua. vt inferius c. 21. nu. 49. dicemus  
<sup>e</sup> Quodlib. 1. ar. 1.  
<sup>f</sup> In ca. pastoralis. par. 1. nu. 5. de offi. ord.  
<sup>g</sup> Ca. cum infirmitas de poen. & remig. Arg. 1. 2. par. 2. si nō propter. ff. si quis cautionibus.  
<sup>h</sup> Vbi supra.  
<sup>i</sup> Arg. c. final. de prescrip.  
<sup>k</sup> Arg. cap. inquisitionis de sent. excom.  
<sup>l</sup> Arg. c. magna de voto.  
<sup>m</sup> Arg. c. legatur 24. q. 2. n. In c. 1. 17. q. 1.  
<sup>n</sup> In c. fratres h. 19. de poen. d. 5.  
<sup>p</sup> Sess. 13. c. 7.

<sup>a</sup> In l. tale pactum. par. 2. ff. de pact. b. Cap. 21. num. 355.  
<sup>c</sup> Sess. 14. c. 5. & cano. d.

etiam o copiosius disputauimus. quicquid dicat Innoc. a præterquā quando vult sacram communionē accipere, aut sacri facere, & habet copiam confessarij, iuxta glossam singularem omnium calculis approbatam, b & nunc denuo à sancto Concilio Tridentino confirmatam, contra nouam Caeterani opinionem. c Quocirca qui accedit ad quemcunque ordinem sacri recipiendum, quoniam sacram Eucharistiam accipere debet, vt communi opinione receptum est, debet confessus accedere secundum B. Thomam, d vel etiam quando instat verisimilis mortis articulus, quem definit esse Panormitanus e illum in quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, & acuta febris, f tempus item pariendi, g vt post Hostiensem Panormitanus h concludit, saltem quoad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles.

10. Debet item cum probabiliter credit se per totum annū nō habiturum opportunitatem confitendi, vel etiā quādo cōscientia dicit, illum ad confessionem teneri, i quāuis ad hoc satis esset, illam deponere, si fuerit erronea, k vel quādo vouisset pluries confiteri, l vel etiam secundū aliquos, quādo statim post confessionem & cōmunionē in Paschate, recordaretur se fuisse oblitū alicuius culpæ mortifere in confessione: quod tamen nullus tenet, nec ratio concludit necessario faciendum, & ita nō est asserendum, m nisi fortē in illo, qui iam ad sacre Eucharistia perceptionem accinctus, antequā eam sumat recordatur alicuius mortalis culpæ nōdū confessæ, & ne alijs sit scādalo aut impedimēto, aut quia eius cōfessarius nō est presens, communicat, propotiens eam statim à cōmunionē confiteri, nolens in sequentem annū confessionem illius peccati differre, quōd licet secundū rigorem iuris antiqui non possit probari esse necessarium, si propositum illud non peruenit ad votum, siquidem cum eo non peruenerit, nōn habuit vim obligandi, secundū Archidia. n & ea quæ alibi nos tradimus : o videtur tamen probari de iure nouo Conc. Trid. p quatenus precipit, vt qui necessitate urgente absque præuia confessionē celebrauerit, quā citissime postea confiteatur, & videtur, quod si concilium interrogatum fuisset de laicis, qui licitē interdū cōmunicant absque præuia confessione, veluti in prædicto casu, vel alijs huiusmodi, in quibus deest copia confessarij, idem & de illis definisset, & ita videtur definisse iuxta glossam singularem. a An autem propter obliuionis periculum quis ante tempus statutum confiteri teneatur, dicemus infra. b

11. Sexto dicimus, quod post primam huius libri editionem sanctū Conc. Trid. c excommunicauit eum, qui dixerit, confessionem sacramentalē non esse vel institutā, vel ad salutem necessariam iure diuino, ei qui post baptismū in culpā lethale incidit, aut nō fuisse à Christo Domino institutā & præceptā.

Eum

Eum item, quod tendum omniam cum de occultis, & in operibus con ti ex vna spec hanc confes uat, esse imp tudine, vel or omnes; & sin dendum esse e Vel, quod n fit, vt temerac cant Clericos ties vident ec uandam fam cum eis non pium, & salu bus, ne dicer frequenter ce quenter tam in quibus cas tur infra. g

De sa

- 1 Satisfactio
- 3 Satisfactio
- 4 Satisfactio
- 6 Satisfactio
- 7 Pœna peccati in malis
- 8 Bona in malis
- 9 Satisfactio
- 10 Occasio peccati
- 11 Miles & r
- 12 Occasio, quæ
- 13 Pœnitens n
- 14 Occasio pro
- 15 Occasio de
- 16 Matrimoniu
- 17 Absolutio
- 18 Miles volens
- 19 Concubinaru

Eum item, qui dixerit, nos non obligari iure diuino ad confitendum omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti premeditatione habemus, etiam occulta, & interna, solo voluntatis consensu absque verbis & operibus consummata, & circumstantias, quæ speciem peccati ex vna specie in aliam mutant. *d* Eum item, qui afferuerit hanc confessionem omnium peccatorum, quam Ecclesia feruat, esse impossibilem, vel illam habuisse originem à consuetudine, vel ordinatione Ecclesiastica, vel ad eam non teneri omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, & ob id suadendum esse eis, vt non confiteantur tempore Quadragesime. *e* Vel, quod non est bonum confiteri peccata venialia. *f* Quod fit, vt temerarium sit aliquorum laicorum iudicium, qui iudicant Clericos, & Religiosos toties peccasse mortaliter, quoties vident eos confiteri, quod sæpe prædicari deberet ad seruandam famam illorum, qui frequentant confessionem, etiam cum eis non est necessaria, & ad eos in id animandum, ne tam pium, & salutare opus omittant, quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerentur, vel crederentur ab eis, qui viderent eos tam frequenter confiteri, peccata mortalia confessos fuisse, & consequenter tam frequenter peccasse mortaliter. Quando autem, aut in quibus casibus confessio, quæ nulla est, debeat iterari, dicitur infra *g*.

*d* Cap. 5. & canon. 7.

*e* Cap. 5. & canon. 8. & sess. 3. cano. 9. de sacra. Eucha. f. Bod. cap. 5. & Canon. 7.

*g* Cap. 9. nu. 3. & sequent.

De satisfactione, tertia parte sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT III.

- 1 Satisfactio quid. Et est necessaria etiam post restitutionem 2.
- 3 Satisfactio triplex non est necessaria ob triplex genus peccati.
- 4 Satisfactio fit opere alias debito. Et cur melior imposita 5.
- 6 Satisfactio sacramentalis in mortali facta quid prodest.
- 7 Pœna peccati temporaria in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo statu facta tollatur.
- 8 Bona in malo statu facta prosunt etiam ad præuia gratia.
- 9 Satisfactio vna pensat offensam factam, altera cauet futuram.
- 10 Occasio peccandi propinqua cauenda, non remota.
- 11 Miles & mercator non tenetur necessario abstinere ab arte sua.
- 12 Occasio, quæ est propinqua peccandi vni, non semper est alteri.
- 13 Pœnitens non tenetur credere, se non peccaturum in arte sua.
- 14 Occasio propinqua studiosè definita.
- 15 Occasio de qua credendum quod raro inducet ad mortale.
- 16 Matrimonio inualido coniuncti vt possunt licite cohabitare.
- 17 Absoluendus quando quis, licet peccandi occasionem non vitet.
- 18 Miles volens redire ad bellum, quod credit iniustum, non absoluendus.
- 19 Concubinarum qui non possunt absolui, & qui possunt.

20 Hospite.